



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermo de Triplici iusticia R. Patris Martini Luther Augustiniani Vuittenbergensis

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 6023

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-33360

credit agere, semper peccat ac perdit vitam suam totam, quia non ex fide, neque in fide agit. Quid ergo faciemus, quomodo simul iudicium deprecabimur, et gloriam petemus. Respondetur Cherubin aduersis vultibus nos erudiunt, hi enim vultu sunt contrarii, sed prospectu in propiciatorium conueniunt. Sic ille a uictoritas contrariae inter se, in Christo concordant. Ideo opera nostra si sola aspicias peccata, & ita iudicium tibi est deprecandum (i. ne sola sine Christo discutiantur) sed in Christo confidas ea placere deo, quae ipsa sola placere non possunt, ut orat Ecclesia. Ideo si uel pecces, siue non, semper firmiter nitere super Christum & iusticiam illam naturalem, septies enim in die cadit iustus, & toties resurgit. Et ps. xxxvi. Cum ceciderit iustus non collidetur, dominus enim supponit manum suam, sicut ergo de Christo non debes dubitare, quin placeant propter Christum, in quo credis. et sic sunt opera talis fidei quae gratissima, licet apud te, & in seipsum indignissima.

Tertium, quae sunt opera potissimum facienda. Respondeo Maxime illa quae promouent iusticiam capitalem, et minuunt originale peccatum, ideo unicuique est propria sui obseruatio necessaria. Quia originale peccatum, unumquemque aliter & aliter impugnat. Generalia sunt orationes, elemosinae, ieiunia. Immo Romanorum, xij omnium pulcherrime, et alibi. Morificate membra vestra. Quia illa tertia iusticia nihil aliud queritur, quam ut peccatum originale expugnetur, & corpus peccati destruat, & sic meritum sit ipsa regnans iusticia, non autem quae actus mereatur, sed promouet meritum.

QUARTVM praeter omnibus custodi te ab operibus abs te electis, quia haec non purgant peccata, sed polluunt magis, ut sunt nostro tempore ceremoniale, orationes, uoculae, ecclesiarum structurae. Ideo illa opera magis purificant, quae deus imponit & uocat, inde omnium sunt optima passiones, aegritudines, penuria, igitur nomina, mors, quia hic solus deus operatur, & homo patitur, & perfectissime occiditur Adam, mundaturque Christus, & palmas eius purgatur. Haec est enim uia compendij ad salutem, sed odiosa valde in actu, iucunda in fine.

Lipsiae in aedibus Valentini Schumann
Anno domini Millesimo quingentesimo uideuigesimo.

